Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ros suos in edificio celesti sustentabant. Quos uiddice lapides rex quadrare p̄ cepit.
ut magistros compositos ecclesie moribus et immobiles animo te debere signare.
Sicut enim quadratum quacumque uertitur stabit. ita nimirum uita perfectorum que aduersitatis lineam sollicite dilecta est. nullis temptationum impulsibus a sua nouit stabilitate deici. Erat autem templum de marmore pario. qui est lapis albus exstructum. ut candore ecclesiice castitatis exprimere. De quo in amoris cantico dominus ait. sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Habebat uero sexaginta cubitos in longitudine. et uiginti cubitos in latitudine. et triginta cubitos in altitudine. Longitudo templi fidem ecclesie designat. per quam longanimiter inter opera sua bona prauos aduersa tolerat. Latitudo caritatem qua ipsa intimis puiscera pietatis spiratur.
Altitudo spem. qua propter bona opera que per caritatem operatur celestis uite premia expectat. Et bene longitudo sexaginta est cubitorum. senario enim numero bonorum operum solere perfectio designari. quia et dominus sex diebus mundi ornatum perfecit.
et sex sunt huius seculi etates. in quibus sancta ecclesia penitentia requiem pusacutis instat.
Bene uiginti sunt cubiti latitudinis. quia geminum preceptum est caritatis qua ecclesia tribulationem dilatatur. quando perfectus quisque et conditorem ex toto corde tota anima tota uirtute. et proximum tanquam se ipsum diligere probatur. Bene triginta in altitudine sunt cubiti. quia omnis electorum spes adusionem sancti trinitatis quantum ualet se exercendo et purificando perpetrat. Sex igitur ad fidem longanimitatem. tria ad [illegible] celsitudinem spei. duo pertinent ad latitudinem amoris. Quibus tribus uirtutum in signibus totum sancte ecclesie statum constat perfici. Id autem per denarium qui perfectus est numerus singula hec multiplicantur. multiplex causa perfectionis augmentum figurate denunciat. Notandum sane quod triginta cubiti altitudinis non usque ad supremum templi fastigium. sed usque ad laquearia pertinebant. deinde